

eadem Alfonsi regis aera segmentū parui circuli a g e m, id est motus trepidationis siue accessus capitis cancri nonæ sphaeræ datur graduum 149, primorū minorum xlii, secundorū xxv, quod hæcenus decuit explicare.

Rursus intentio iam sit pro aera Ptolemæi eundem trepidationis motum seu accessus & recessus nonæ sphaeræ indicare datumq; efficere. Subiiciatur ergo a i, periferia primorū minorum xii, secundorū ix, quanta videlicet supra ostendebat esse, differentia apparentis æqualisq; motus octauæ sphaeræ ab initio trepidationis nonæ sphaeræ vsq; ad Ptolemæi aera. Et quoniam a i b, circumferentia datur graduū iii, primorum minorum xxiii, igitur b i, segmentū datur graduū iii, minorum primorū x, secundorū li, ergo per eandem propositionē xxxiii, lib, vi, ele, Eu, ratio anguli a d f, ad f d h, angulū est vt graduum iii, primorū minorū xxiii, ad gradus iii, minuta prima x, secunda, li, per constructionē autem angulus a f d, rect⁹ est, igitur ex memorata tabula secunda ratio ipsius a f, ad f h, est vt partiū 591191, ad 555732, partes qualium d f, subiicitur 1000000. Est autem a g e, quadrans eiusq; rectus sinus a f, ipsiusq; e g, circumferentiæ rectus sinus æqualis ipsi f h, Subiecta itaq; a f, partiū 1000000, iuxta ostensam rationem 591191, partium ad partes 555732, dabitur f h, partiū quoq; 9400211, qualiū a f, iam subiiciebatur 1000000, igitur ex tabula rectorum sinuum habente maximū in partibus 1000000, e g, circumferentia datur graduum lxx, primorū minorū iii, secundorū xviii, quorū complementum ex quadrante a e, hoc est circumferentia a g, dabitur graduū xix, primorū minorū lvi, secundorū xlii, quæ sunt trepidationis motus ab eius principio vsq; ad Ptolemæi aera, quem quidē trepidationis motū oportebat hucusq; ostendere.

Demum ex præmissis iam ostensis perspicuū fit q; supposito trepidationis nonæ sphaeræ initio quinquaginta sex annis ante natiuitatem saluatoris nostri maior sit ratio motus trepidationis eiusdem pro Alfonsi regis aera, ad eundem motum pro aera Ptolemæi quā temporis a lvi, annis ante Christi saluatoris nostri natiuitatē ad tempus ab eisdem quinquaginta sex annis